A. D. 1922. N^RUS V.

# CURRENDA

## SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA.



Indulgentiae Apostolicae quas SSmus D. N. Pius PP. XI in audientia D. Card. Maiori poenitentiario impertita die 17 Februarii 1922 largitus est.

*Monita.* 1. Res aptae ad recipiendam benedictionem pro indulgentiis Apostolicis lucrandis sunt tantummodo coronae, rosaria, cruces, crucifixi, parvae statuae, numismata, dummodo non sint ex stanno, plumbo, vitro aliave simili materia, quae facile confringi vel consumi possit.

2. Imagines Sanctorum alios ne repraesentent quam rite canonizatos vel in probatis martyrologiis relatos.

3. Ut quis valeat Indulgentias Apostolicas lucrari necesse est ut aliquam ex rebus benedictis ab ipso Summo Pontifice, vel a sacerdote facultate praedito, super se deferat aut in domo sua decenter retineat.

4. Ex expressa SS. Domini nostri declaratione, per Apostolicarum Indulgentiarum concessionem nullatenus derogatur Indulgentiis a Summis Pontificibus iam alias forte concessis pro precibus, piis exercitiis vel operibus infra recensendis.

*Indulgentiae.* 1. Quisquis saltem semel in hebdomada recitare consueverit coronam Dominicam, vel aliquam ex coronis B. Mariae Virginis, vel rosarium aut saltem eius tertiam partem, vel divinum officium, vel officium parvum eiusdem B. Mariae Virginis, vel integrum officium Defunctorum aut saltem vesperas aut nocturnum cum laudibus, vel psalmos poenitentiales aut graduales, vel consueverit in ecclesia christianam catechesim tradere, aut domi illam suos filios, propinquos vel famulos docere, vel in carceribus detentos aut aegrotantes in nosocomiis misericorditer invisere, vel pauperibus quomodocumque opitulari, vel Missae interesse eamve, si fuerit sacerdos, celebrare, servatis solitis conditionibus confessionis sacramentalis, sanctae Communionis et alicuius orationis ad mentem Summi Pontificis, lucrabitur Indulgentiam plenariam diebus Nativitatis Domini, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, SS. Trinitatis, Corporis Domini eiusdemque SS. Cordis; Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis S. Ioannis Baptistae; utriusque festi S. Ioseph Sponsi B. Mariae Virginis; SS. Apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Iacobi, Bartholomaei, Matthaei, Simonis et Iudae, Matthiae, atque Omnium Sanctorum.

2. Si quis vero ad sacramentalem confessionem ac ad Sanctam Communionem minime accesserit, corde tamen contritus ad mentem Summi Pontificis

aliquantisper precatus fuerit, singulis diebus supra recensitis necnon aliis festis Domini et B. Mariae Virginis, Indulgentiam lucrabitur septem annorum totidemque quadragenarum; quovis, demum, alio anni die, Indulgentiam trecentorum dierum.

3. Insuper quisquis, aliquod ex praedictis pietatis vel charitatis operibus expleverit, quoties id peregerit, quingentorum dierum Indulgentiam acquiret.

4. Quisquis ad aeris campani signum sive mane, sive meridie, sive vespere orationem vulgo *Angelus Domini,* tempore autem paschali *Regina caeli,* aut, eas ignorans, semel *Pater noster* cum *Ave Maria,* itemque sub primam noctis horam, edito pro Defunctorum suffragio campanae signo, psalmum *De profundis* vel, si eum nesciat, *Pater noster* cum *Ave Maria* recitaverit, acquiret Indulgentiam centum dierum.

5. Eandem Indulgentiam acquiret qui quavis feria sexta de Passione et morte D. N. Iesu Christi aliquantulum pie cogitaverit terque Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam devote recitaverit.

6. Qui suam conscientiam excusserit et peccata sua sincere detestatus fuerit cum proposito se emendandi, devoteque recitaverit *Pater noster, Ave Maria* et *Gloria Patri* in honorem Ssmae Trinitatis, aut in memoriam Quinque Vulnerum D. N. Iesu Christi, consequetur Indulgentiam trecentorum dierum.

7. Quisquis, pro fidelibus oraverit qui sunt in transitu vitae, vel saltem pro iis semel dixerit *Pater noster* cum *Ave Maria,* centum dierum Indulgentiam lucrabitur.

8. Quisquis, demum, in mortis articulo constitutus, animam suam devote Deo commendaverit et, iuxta instructionem fel. rec. Benedicti XIV. in Const. quae incipit *Pia mater* cum 5 aprilis 1747, paratum se exhibuerit obsequenti animo mortem a Deo opperiri, et vere poenitens, confessus ac S. Communione refectus vel, si id nequiverit, saltem contritus invocaverit corde, si labiis sit impeditus, Ssmum nomen Iesu, plenariam Indulgentiam consequetur.

---

## DECLARATIO COMMISIONIS PONTIFICIAE DE RE BIBLICA

de additione variarum lectionum in editionibus Versionis vulgatae Novi et Veteris Testamenti.

In Praefatione ad Lectorem etitionis Clementinae versionis Vulgatae Sacrarum Scripturarum legitur:

„Porro in hac editione nihil non canonicum... nullae ad marginem concordantiae (quae posthac inibi apponi non prohibentur) nullae notae, nulla variae lectiones, nullae denique praefationes... Sed sicut Apostolica Sedes industriam eorum non damnat, qui concordantias locorum, varias lectiones, praefationes S. Hieronymi et alia id genus in aliis editionibus inseruerunt; ita quoque non prohibet, quin, alio genere characteris, in hac ipsa Vaticana editione eiusmodi

adiumenta pro studiosorum commoditate atque utilitate in posterum adiiciantur; ita tamen, ut lectiones variae ad marginem ipsius textus minime adnotentur".

Quum autem sint qui putent ultimis hisce verbis prohiberi additionem variarum lectionum non solum in margine laterali, verum etiam in inferiore seu ad calcem textus, quaesitum est a Pontificia Commissione Biblica: utrum liceat in editionibus versionis Vulgatae tam Novi quam Veteris Testamenti lectiones varias aliave huiusmodi studiosorum adiumenta ad calcem textus adiicere?

Re examinata, Pontificia Commissio Biblica respondit: *Affirmative.* Quam resolutionem Ssmus Dominus Noster Benedictus Pp. XV. in audientia die 17. novembris 1921 adprobare dignatus est.

Nr. 3135.

## VISITATIO CANONICA DECANATUS BOBOVAENSIS.

1. Die 29 Maii horis pomeridianis Illnus ac Rmus Episcopus Auxiliaris veniet ad *Ciężkowice* ibique die 30 et 31 Maii sacris fungetur officiis;
2. Die 31 Maii — 1 Iunii in *Jastrzębia;*
3. Die 1 - 2 Iunii in *Bruśnik;*
4. Die 2—3 Iunii in *Lipnica wielka;*
5. Die 3—4 Iunii in *Korzenna;*
6. Die 4—5 Iunii in *Mogilno;*
7. Die 5—6 Iunii in *Krużlowa;*
8. Die 6—7 Iunii in *Ptaszkowa;*
9. Die 7—8 Iunii in *Grybów;*
10. Die 8—9 Iunii in *Grodek;*
11. Diebus 9—10—11 Iunii in *Wilczyska;*
12. Diebus 11—12—13 Iunii in *Bobowa.*

Durante visitatione addatur in Missa — permittentibus rubricis — collecta: *De Spiritu Sancto.*

Nr. 6751.

## 300. ROCZNICA ZAŁOŻENIA KONGREGACYI DE PROPAGANDA FIDE.

Kongregacja dla rozkrzewienia wiary obchodzi w czerwcu b. r. 300. rocznicę swego założenia. Aby podziękować Bogu za wszystko, co ona dobrego w tym czasie dla Kościoła św. zdziałała i uprosić dla niej błogosławieństwo Boże nadal, zarządzamy trzydniowe nabożeństwo przed uroczystością Zesłania Ducha św. I tak: w dniach 1. 2. i 3. czerwca po mszy św. i nowennie do Ducha św. odmówią Kapłani z ludem 3 Ojcze nasz i 3 Zdrowaś Marjo o rozwój misji katolickich, w sam zaś dzień Zielonych Świątek ma być odprawiona suma z wystawieniem N. Sakramentu w monstracji a w kazaniu należy wspomnieć

o zasługach misji katolickich w świecie i zachęcić wiernych do modlitwy i ofiarności na rzecz misji.

Za udział w tem triduum udziela Ojciec św. odpustu 500 dni za każdy dzień, a w dzień Zesłania Ducha św. odpustu zupełnego pod zwykłymi warunkami (spowiedź, Komunia św. i modlitwa na intencję Ojca św.). Odpusty te mogą być ofiarowane za dusze w czyścu.

Kaznodzieje w tych kościołach, w których odbywało się wspomniane nabożeństwo, udzielą po kazaniu na sumie wiernym błogosławieństwa papieskiego z odpustem zupełnym według przepisu podanego w rytuale rzymskim (tit. VIII. cap. 32). W niedzielę poprzedzającą uroczystość Zielonych Świątek ogłoszą duszpasterze ludowi z ambony niniejsze zarządzenie.

---

Nr. 2525.

## REDUKCYA CIĘŻARÓW FUNDACYJNYCH.

Na mocy upoważnienia otrzymanego od Stolicy Apostolskiej przedłużamy niniejszem na dalsze trzechlecie ważność tych wszystkich dekretów redukcyjnych, któreśmy dotychczas wydali, a które wskutek upływu trzechlecia swoją moc straciły.

---

## EGZAMIN TEOLOGICZNY,

przepisany kan. 130. odbędzie się w roku bieżącym dnia 22. sierpnia w auli Seminarjum duch. o godz. 10 przed południem. Kapłani wyświęceni w latach 1919., 1920. i 1921. przygotują się do tego egzaminu z teologji fundamentalnej i pierwszej połowy teol. moralnej (De principiis, Noldin, tom I.).

---

## TEMATY NA KONGREGACJE DEKANALNE.

**Z dogmatyki:** *Romanus Pontifex est successor b. Petri in primatu.*

**Z teol. moralnej:** *Quid ac quotuplex sit scandalum et quibusnam actibus hodie a sacerdotibus dari possit?*

**Z prawa kan.:** *Indissolubilitas matrimonii iuxta ss. canones.*

---

L. 1969.

## W SPRAWIE WYKAZÓW DZIECI DO SZCZEPIENIA OSPY.

Na prośbę Minist. Wyzn. Rel. i Oświec. Publ. z dn. 4. marca 1922. L. 1403. polecamy wszystkim P. T. Urzędom parafialnym, by na dwa miesiące przed terminem szczepienia każdego roku dostarczały magistratom i urzędom gminnym spisów dzieci urodzonych po 15. marca roku poprzedzającego szczepienie.

---

L. 3186.

## REKOLEKCYE DLA KAPŁANÓW

odbędą się w bież. roku w Kollegium OO. Jezuitów w Nowym Sączu w dniach *od 3 lipca wieczorem do 7 lipca rano.*

Kapłani, pragnący wziąć udział, zechcą zgłosić się *najdalej do 20 czerwca* do O. Rektora Kollegium.

## MUTATIONES INTER VENERABILEM CLERUM.

**Nominatus** Rmus *Wilczkiewicz Antonius* Praepositus Bochniaensis — decanus Bochniaensis.

**Decoratus** usu Expositorii Canonicalis R. *Dec Ioannes* Catecheta in Mielec.

**Constituti** Rndi: *Pilch Ludovicus* provisor e Rajbrot — provisor v. beneficii in Strzelce; *Jagiełka Apollinaris*, cooperator in Stary Wiśnicz — provisor v. beneficii ibidem; *Badowski Ioseph*, cooperator in Łączki kucharskie — provisor v. beneficii ibidem.

**Institutus** R. *Kronenberg Michaël*, Parochus e Łączki kucharskie — ad v. beneficium in Pstrągowa.

**Applicatus** R. *Jacak Ioannes* qua cooperator ad Czarna.

**Prohibitus** ab ingressu ad altare R. *Superson Ioannes.*

**Piis ad aram precibus commendatur:**

anima p. m. *Antonii Mamak*, Parochi Pstrągowaensis qui die 24 Martii h. u. pie in Dno obdormivivit.

p. m. *Francisci Ratowski*, Parochi Vetero-Wiśnicensis, qui die 22. Aprilis h. a. mortem cum vita commutavit.

## *Z KURYI BISKUPIEJ.*

***W Tarnowie, dnia 10. maja 1922.***

*Ks. Dr. Stanisław Bulanda*
***kanclerz***

*† Leon*
*Biskup*

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.

